



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Dubium 9. An Iudæis Christum capientibus peccarint Apostoli fugiendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

### Dubium Octauum.

#### De Miraculis in captiuitate Christi occurrentibus.

Nonnulli volunt in hoc facto quatuor occurrisse mi-  
 racula: alii tria: communior sententia est solum duo  
 esse patrata: primum, quando unico verbo (*Ego sum*)  
 eorum ministrorum turbam in terram dedit precipitem:  
 secundum, quando Malcho restituit auriculam. In hac  
 Christi captiuitate notanda sunt Evangelistarum ver-  
 ba: *Manus traiecerunt in Iesum. Tenuerunt & ligaue-*  
*rum.* Cuncti milites rabiem suam expleuere in  
 Christo, & eorum quidem numero mille erant: cohors  
 quae accesserat ad comprehendendum Christum,  
 (ait S. Iohannes) *Iudas cum accepisset cohortem* constituit  
 excitationem seu turmam mille militum. Ac primo,  
*iniecunt in Iesum*: ferocibus eum excipiendo  
 verberibus, pugnis, colaphis, capillos, barbæque pilos  
 pellendo. Secundo, *Tenuerunt eum*; ad terram pro-  
 teroendo; calcibus hinc & inde impetendo. Tertio,  
*ligauerunt eum*: variis modis, manus à tergo asperis no-  
 tisque nexibus crudeliter reuinciendo, funes catenas-  
 que collo iniiciendo. Idque satis notum manifestum  
 est, ex eo, quod catena ferrea collo eius iniecta Pa-  
 tricius adhuc asseruetur, quod à S. Ludouico Francorum  
 Rege delata fuit ex vrbe Hierosolymitana.

Matth. 26.  
 Mar. 14.  
 Luc. 22.  
 Ioan. 18.

### Dubium Nonum.

#### An, Iudeis Christum capientibus, peccarint Apostoli fugiendo?

Respondeo: eos excusari non posse à delicto siue gra-  
 uis siue leui: etenim causa fugæ, vel fuit defectus fidei,  
 quæ ambigebant, an Christus iisdem ferre posset sup-  
 petias

Par. Quarta.